

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

H E A V T O N M I T  
ACTVS QVINTI SCENA PRIMA.  
MENEDEMVS, CHREMES.

Me. Go me non tam astutum, neque ita perspicacem esse id scio :  
e sed hic adiutor meus, & monitor, & premonstrator Chremes  
Hoc mihi præstat. in me quiduis harū rerum conuenit,  
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus,  
plumbeus :  
In illū nil potest : nā exuperat eius stultitia omnia hec.  
Ch. Ohe, iam desine deos uxor gratulando obtundere,  
Tuam esse inuentam gnatam ; nisi illos tuo ex ingenio  
indicas,  
Ut nil credas intellegere, nisi idem dictum est centies,  
sed quid iandudum interim illic gnatus cessat cū syri  
Me. Quos aīs homines Chreme cessare ? Ch. hem, Mem-  
deme aduenis ?  
Dic mihi cliniæ, quæ dixi, nunciastin' ? Me. omnia.  
ch. Quid ait ? Me. gaudere adeo occipit, quasi qui cupiunt  
nuptias.  
Ch. Ha, ha, hæ. Me. quid risisti ? Ch. serui uenere in men-  
tem syri  
Calliditates. Me. ita ne ? Ch. uoltus quoque hominum  
fingit scelus.  
Me. Gnatus quo'd se assimulat lætum, id dicis ? Ch. id. M.  
idem istuc mihi  
venit in mentem. Ch. ueterator, Me. magi', si magi  
noris, putes,



Ita rē esse. ch. ain' tu? Me. quin tu ausculta. c. mane:

priu' hoc scire expeto,  
Quid perdideris: nam ubi desponsam nunciasti filio,  
continuo iniecisse uerba tibi Dromonem scilicet,  
sponsæ uestem, aurum, atque ancillas opus esse argen-  
tum ut dares.

Me. Non. ch. quid non? Me. non inquam. ch. neque ip-  
se gnatus? Me nil prorsus chreme.

Magis unū etiam instare, ut hodie conficeretur nuptiæ.  
ch. Mira narras. quid syrus meus? ne is quidem quic-  
quam? Me. nihil.

ch. Quamobrem? M. nescio equidem: sed te miror, qui  
alia tam plane scias.

sed tuum ille quoque syrus idem mire finxit filium,  
vt ne paululū quidem suboleat amicā esse hanc clinicæ.

ch. Quid ais? M. mitto iam osculari, atque amplexari:  
id nil puto.

ch. Quid est, quod amplius simuletur? M. uah. ch. quid  
est? Me. audi modo.

Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro:

Huc est intro latus lectus, uestimentis stratus est.

ch. Quid postquam hoc est factum? Me. dictum factum,  
huc abiit Clitipho.

ch. solus? M. solus. c. timeo. M. Bacchis cōsecuta est illico.

ch. sola? Me. sola. ch. perij. Me. ubi abiere intro, ope-  
ruere ostim. ch. hem,

clinia hæc fieri uidebat? M. quid ni? una mecum simul.

ch. Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi

Me. quamobrem? ch. decem dierum uix mi est familia.

Me. Quid? istuc times, quod operam amico ille dat suo?

## H E A V T O N

Ch. Immo quod d'amicæ. M. si dat. Ch. an dubium id tibi est?  
Quenquam ne animo tam comi esse, aut leni putas,  
Qui se uidente amicam patiatur suam? M. ha, ha, ha.  
Quidni? quo uerba facilius dentur mihi.

ch. Derides? merito mihi nunc ego succenso.  
Quot res dedere, ubi possem persentiscere,  
Ni essem lapis? quæ uidi? uæ misero mihi.  
At næ illud haud inultum, si uiuo, ferent:  
Nam iam. Me. non tu te cohibus? non te respicis?  
Non tibi ego exempli satis sum? Ch. præ iracundia  
Menedeme non sum apud me. Me. te ne istuc loqui?  
Non ne id flagitium est, te alijs consilium dare,  
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?

ch. Quid faciam? Me. id, quod me fecisse aiebas parum:  
Fac, te esse patrem sentiat: fac, ut audeat  
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,  
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.

ch. Immo abeat potius multo quoniam gentium,  
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:  
Nam si illi pergo suppeditare sumptibus  
Menedeme, mihi illæc uere ad rastros res reddit.

Me. Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues?  
Difficilem ostendis te esse, & ignorces tamen.  
Post, & id ingratum. Ch. ah nescis, quam doleam.  
Me. ut lubet.  
Quid hoc, quod uolo, ut illa nubat nostro? nisi quid est?  
Quod malis. Ch. immo & gener, & affines placent.

Me. Quid dotis dicam te dixisse filio?  
Quid obticuisti? Ch. dotis? M. ita dico. Ch. ah. M.  
Chreme,



Ne quid uereare , si est minu : nil dos nos mouet .  
 Ch. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis :  
 Sed ita dictu opū est , si me uis saluom esse , & rem , &  
 filium ,  
 Me mea omnia bona doti dixisse illi . Me . quā rē agis ?  
 Ch. Id mirari te simulato , & illum rogitato simul ,  
 Quamobrem id faciam . Me . quin ego uero , quamob-  
 rem id facias , nescio .  
 Ch. Ego ne? ut illius animū , qui nunc luxuria , & lasciuia  
 Diffluit , retundā , redigam , ut , quō se uortat , nesciat .  
 Me . Quid agis ? Ch. mitte , ac sine me in hac re gerere mi-  
 hi morem . Me . sino :  
 Ita ne uis ? ch. ita . Me . fiat . Ch. age iam , ut uxorem  
 accersat , paret  
 se , hic ita , ut liberos est æquom , dictis confutabitur .  
 sed syrum . Me . quid eum ? Ch. ego ne? si uiuo , adeo  
 exornatum dabo ,  
 Adeo depexū , ut , dū uiuat , meminerit semper mei :  
 Qui sibi me pro ridiculo , ac delectamento putat .  
 Non ( ita me dīj ament ) auderet facere hæc uiduæ mu-  
 lieri ,  
 Quæ in me fecit .

## ACTVS QVINTI SCENA II.

CLITIPHO , MENEDEMVS , CHRE-  
 MES , SYRVS .

cl. Ta ne tandem quæso est Menedeme , ut pater  
 I Tam in breui spatio omnem de me eiecerit ani-  
 mum patris ?

K 4 Quodnam

